



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Quid sub Carolo. n. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

*suspecta, & innocentissima pietatis actus eius auctoritatis propagandæ nomine damnantur; neque Sacerdotes, zelo conseruandæ Religionis, abstinere Regno & ritibus Catholicis Usurpandis, neque summi infimiq; Catholici eorum aut consortium resugerent, aut carere &ellent auxilio.*

Iacobus no  
uo concep-  
to Sacra-  
mento co-  
natur sta-  
bilire.

IX Iacobus Rex, cum Elizabethæ successisset, cautè agendum censuit nè ob Hæresim (in qua à puero educatus) apud Pontificem aut apud ceteros Principes offenderet, multam moderationem præ se ferens, tum foris per certos homines, tum per suos domi. At quando Anglerum, qui apud Elizabetham fuerant, consilijs alia omnia egerentur exarsit enim verò importunè quorundam Catholicorum in animi. seua illa, & omni euo dam-  
nanda coniuratio, qua regem regniq; procures missò sub adibus comitiorum puluere tormentario in altum tollendos duxerant, ut è rebus humanis momento omnes tollerent. Hinc nouarum legum in Catholicos, nouorumque Sacramentorum sumpta est occasio; atque imprimis agebantur ad abiurandam summo Pontifici potestatem, vel Regem ob Hæresim deponendi, vel cuius Subdito eius damnum quoduis intra regnum inferendi, vel ab ipso hoc iuramento quemquam absoluedi. Ac si malus nullus esse posset, nisi Pontifex conspiraret, aut tum demum regno tranquillitas pararetur, si Pontifici auctoritas demeretur.

An.6.Iaco-  
bi

Quid sub  
Carolo.

X. At sensit Carolus Iacobi Filius post annos circiter quadraginta, aliunde sibi pareri malum, nec quemquam ægrius iugum ferre quam qui Pontificem pessime oderant. Is quæ potestate possidemis his annis in Angliæ Regnis eius Antecessores gloriabantur, nouas pro Religione sua leges, nouas ceremonias ad Catholicæ emulationem aut cudere aut tacitè introducere aggressus erat; Indignè id ferentes rigidi Calvinistæ (qui regnante Elizabetha aliquoties fuerant tumultuati, & Iacobum Scotiæ tunc Regem in angustia non semel compulerant) quasi manu facta in Carolum incurrunt; Vocari comitia postulant; Vocata ut nè dissoluantur extorquent, nisi ipsismet consentientibus; scilicet, iugulum sibi peti nolunt nisi præbeant. Inde alijs atque alijs confictis criminationibus aduersus Regni procures & molliores Calvinistas (apud quos species quedam manserat ordinis Ecclesiastici) cunctos paulatim submouit. Ex tum ordinum conuentu, Procures, Prælatique exulant. Plebs sola dominatur; Id cum iure nequeat, armis substinendum decernit. Armis utrimque certatur, hinc Rege inde Populo procedente. Quatuor annis bellum tenuit, donec Regijs succumbentibus, Rex primum Captiuus, deinde Tyrannidis, Populo Iudice, postulatus, Capite plebitur. Cum quæreretur locus inferendo cadaveri, placuit Henrici octauæ Sepulchrum apud Vindesforiam ut quo loco is conditus fuerat qui primus Pontificis summi iura violaturus nomen Capitis Ecclesiæ Anglicanæ præsumperat, eodem conderetur is qui nulla magis labe laborabat.

Quid post  
Carolum.

XI. Post Carolum Populus aliquamdiu sine Capite imperat sub nomine quod sumperat Comitiorum Generalium, donec is quem ducem armo-

rums